

PROPRIO DE LA MISA

XIX DOMINGO DESPUES DE PENTECOSTÉS

INTROITO SALMO 77:1

SALUS pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum. Ps. Atténdite, pópule meus, legem meam: inclinàte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri.

YO soy la salvación del pueblo, dice el Señor; Yo les oiré cuando clamaren a Mí en todas sus tribulaciones; y seré su Dios eternamente. Salmo. Pueblo mío, guarda mi ley; escucha siempre cuanto Yo te digo. Gloria al Padre.

COLECTA

OMNÍPOTENS et miséricors Deus, univérsa nobis adversántia propitiátus exclúde: ut mente et córpore páriter expedíti, quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur. Per Dóminum.

OMNIPOTENTE y eterno Dios, apartad benignamente de nosotros todo lo que sea nocivo; para que, estando libres en el alma y en el cuerpo, cumplamos fácilmente vuestra voluntad. Por nuestro Señor.

EPÍSTOLA EFESIOS 4:23-28

FRATRES: Renovámini spíritu mentis vestræ, et indúite novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia et sanctitáte veritátis. Propter quod deponétes mendácium, loquímini veritátem unusquísque cum próximo suo: quóniam sumus ínvicem membra. Irascímini, et nolíte peccáre: sol non óccidat super iracúndiam vestram. Nolíte locum dare diabolo: qui furabátur, jam non furétur, magis atem labóret, operándo má nibus suis, quod bonum est, ut hábeat unde tríbuat necessitátem patiénti.

HERMANOS: Dejad que el Espíritu renueve vuestra mentalidad, y vestíos de la nueva condición humana, creada a imagen de Dios: justicia y santidad verdaderas. Por lo tanto, desnudaos de la mentira, decíos mutuamente la verdad, porque pertenecemos al mismo cuerpo. Indignaos, pero sin llegar a pecar; que la puesta del sol no os sorprenda en vuestro enojo. No dejéis lugar al diablo. El ladrón, que no robe más; al contrario, que trabaje dura y honradamente con sus propias manos, hasta poder compartir con el necesitado.

GRADUAL SALMO 140:2

DIRIGETUR orátio mea, sicut incénsus in conspéctu tuo, Dómine. Elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

SUBA mi oración, Señor, como incienso, en tu presencia; el alzar de mis manos, como ofrenda de la tarde.

ALELUYA SALMO 104:1

ALLELÚIA, allelúia. V. Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus: annuntiáte inter gentes ópera ejus. Allelúia.

ALELUYA, aleluya. V. Dad gracias al Señor, invocad su nombre, dad a conocer sus hazañas a los pueblos. Aleluya.

EVANGELIO MATEO 22:1-14

IN illo témpore: Loquebátur Jesus princípibus sacerdotum et pharisæis in parábolis dicens: Símile factum est regnum cælórum hómini regi, qui fecit núptias filio suo. Et misit servos suos vocáre invitátos ad núptias, et nolébant veníre. Iterum misit álios servos, dicens: Dícite invitátis: Ecce prándium meum parávi, tauri mei et altília occísa sunt, et ómnia paráta: veníte ad núptias. Illi autem neglexérunt: et abiérunt, álius in villam suam, álius vero ad negotiatióne suam: réliqui vero tenuérunt servos ejus, et contuméliis afféctos occidérunt. Rex autem cum audísset, irátus est: et, missis exercíbitus suis, pérdidit homicidas illos et civitátem illórum succéndit. Tunc ait servis suis: Núptiæ quidem parátæ sunt, sed qui invitáti erant, non fué runt digni. Ite ergo ad éxitus viárum

EN aquel tiempo hablaba Jesús en parábolas a los jefes de los sacerdotes y a los fariseos diciendo: El Reino de los Cielos se parece a cierto rey que celebraba las bodas de su hijo. Mandó a sus criados para que llamasen a los convidados a la boda y ellos no querían venir. De nuevo envió otros criados encargándoles: Decid a los convidados: mi banquete está preparado; he matado terneros y reses cebadas y todo está a punto. Venid a la boda. Pero los convidados, sin hacer caso, se fueron: uno a su tierra, otro a sus negocios, y los demás, echando mano de los criados, los maltrataron y los mataron. El rey montó en cólera y, enviando sus tropas, acabó con aquellos asesinos y puso fuego a su ciudad. Luego dijo a sus

et quoscumque invenéritis vocáte ad núptias. Et egréssi servi ejus in vias, congregavérunt omnes quos invenérunt, malos et bonos: et implétæ sunt núptiæ discumbéntium. Intrávit autem rex ut vidéret discumbéntes, et vidit ibi hóminem non vestítum veste nuptiáli. Et ait illi: Amíce, quómodo huc intrásti non habens vestem nuptiálem? At ille obmútuít. Tunc dixit rex ministris: Ligátis má nibus et pédibus ejus, míttite eum in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.

OFERTORIO

SI ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, Domine: et super iram inimicorum meorum extends manum tuam, et salvum me faciet dextera tua.

SECRETA

HÆC múnera, quæsumus, Dómine, quæ óculis tuæ majestátis offérimus, salutária nobis esse concéde. Per Dóminum.

PREFACIO DE LA SANTÍSIMA TRINIDAD

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ, sempiternæque Deitatis, et in personis proprietatis, et in essentia unitatis, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

COMUNIÓN

TU mandásti mandáta tua custódiri nimis: útinam dirigántur viæ meæ, ad custodiéndas justificatiónes tuas.

POSCOMUNIÓN

TUA nos, Dómine, medicínalis operátio, et a nostris perversitátibus cleméter expédiat, et tuis semper fáciat inhærére mandátis. Per Dóminum.

criados: La boda está preparada, pero los convidados no se la merecían. Id, pues, a los cruces de los caminos, ya todos los que encontréis, convidadlos a la boda. Salieron los criados a los caminos y reunieron a todos los que encontraron, malos y buenos. y la sala del banquete se llenó de comensales. Cuando entró el rey a saludar a los comensales, reparó en uno que no llevaba traje de ceremonia, y le dijo: Amigo, ¿cómo has entrado aquí sin traje de ceremonia? Él enmudeció. Entonces el rey dijo a los camareros: Atado de pies y manos arrojadlo fuera a las tinieblas. Allí será el llanto y el rechinar de dientes. Porque muchos son llamados y pocos escogidos.

SALMO 137:7

SI me hallare, Señor, en medio de muchas tribulaciones, Vos me daréis vida; y extenderéis vuestra mano sobre mis enemigos y vuestro poder me salvará.

HACED, Señor, que estos dones que os hemos ofrecido en vuestra presencia, nos alcancen la salvación. Por nuestro Señor.

EN VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que con tu Hijo unigénito y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, eres un solo Señor: no en la individualidad de una sola persona, sino en la trinidad de una sola sustancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo, y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. De suerte, que confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la majestad, la cual alaban los Angeles y los Arcángeles, los Querubines y los Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

SALMO 118:4-5

NOS mandáis, Señor, que guardemos cuidadosamente vuestros preceptos. ¡Ojalá enderece yo mis pasos a cumplirlos!

HACED, Señor, que vuestra gracia, que es medicina para nosotros, nos libre benignamente de nuestros pecados, y nos una a vuestra ley. Por nuestro Señor.